



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Urbibus, Templis,  
Bibliothecis, et aliunde**

**Sweerts, Pierre François**

**Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.**

Argentinae.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69234)

**V**os ego magnanimis inuictos Saxonas armis,  
 Atq; graues Martis turbine canto duces.  
 Non Macedo tu miles eras. Sic Gracia mendax  
 Facta tua in laudes transtulit alta suas.  
 Non veteres huc te quondam misere Britanni:  
 Quin iam seruiuit terra Britanna tibi.  
 Ipsa tua es: primumq; tuis cum montibus orta:  
 Cum caeli ipsius sinibus orta tui.  
 Dives agri, diues quasit a vestis, & auri;  
 Gens, dubium est, armis, iustitiane prior.  
 Est hominis, patrijs alios bene vincere telis:  
 Iustitia teipsam vincere velle, Dei est.

OTTO L. IMPER. OBIIT ANNO  
 D. CCCC. LXXIII. ET SEPULTVS PRO-  
 pe coniugem \* Editam cum hac \* alij legunt  
 inscriptione. *Idihs.*

Tres luctus causa sunt hoc sub marmore clausa,  
 Rex, decus Ecclesiae, summus honor patriae.

IN MEDIO FORO VRBIS  
 VETERIS.

ROLANDVM vix vetustate agnitum, Consules  
 D. Ioan. Scheyring, artium & vtriusque Iuris Do-  
 ctor: & D. Heyne Aleman, S. P. Q. M. expensis re-  
 nouari ac restaurari curarunt. Anno Domini M.  
 D. xxxix.

ARGENTINAE.

AD PRAEDICATORES.

Dd

Cedito

**C**edite pictores, hinc blandi cedite vates,  
 Oratorq; tuo flumine constiteris.  
 STURMIVS vi fuerat, non est imitabilis arti,  
 Talis & ingenio, talis & ore fuit.

Sturmiorum genti, cuius antiquitas à Rudol-  
 pho Habsburgio Romanorum Rege confirmata  
 fuit, perpetuo nobilitatis Offenburgicæ beneficia,  
 quod ab eo VVernherus Sturm, accepit: qui anno  
 1560. Senator erat. Iacobo item Sturm, ornamento  
 maiorum, exemplo nepotum, anno Christi  
 1524. Senatori, 25. XV-VIRO, 26. XIII-VIRO, 27. VIRO,  
 Prætori, XCI. ad comitia Imp. conuentus Princi-  
 pum, ciuitatis legato: Quibus legationibus ab ur-  
 be absuit annos propè nouem: Qui gratis, ma-  
 ium exemplo, patriæ consulere maluit, quam Ele-  
 ctorum & Principum consilij, magno suo emolu-  
 mento præfici: constitutis suo consilio Scholiscum-  
 plificata sua pecunia bibliotheca: auctisque suo  
 testamento Scholarum fructibus annuis 10. aut.  
 argen. nato anno Christi 1489. mortuo 1553. Etæ-  
 tis 64. pleno ac 10. Augusti, hebdomade 11. 31.  
 Octobris: optimo ciui: clarissimo viro: charissi-  
 mo fratri: Fridericus & Petrus Sturmij, amoris,  
 honoris, memoriæ, exempli ergò hanc tabulam  
 posuerunt.

IOAN. STURMIVS F. Argentor. ann. 1560.

IOANNIS GVINTERII  
 ANDERNACI MEDICI.

Hic situs est ANDERNACVS prope coniugis ossa  
 Expectans regni gaudia lata Di.  
 Certabant virtus, pietas, doctrina, senectus.

Et voluit primo qualibet esse loco.

Sed vicit pietas, animamq; per aethera Christo

Adduxit, cuius numen adorat ouans.

Ingenus coluit felici fidere musas,

Pæoniæq; tulit pluribus artis opem.

In terris famam, nomenq; reliquit honestum,

Spiritus it calo, membra recepit humus.

Excessit septem decies ac amplius annos;

Mens tamen in sano corpore sana fuit.

Sed quid opus multus? laus vni hac sufficit vna,

Ingenio magnos vicit, & arte viros.

Obijt anno M. D. LXXIV. IV. Octob.

—————  
RATISBONA.

IN CVRIA SEQVENS INSCRIPTIO  
AVREIS LITERIS IN TABVLA  
MARMOREA.

Quisquis Senator Curiam officij causa in-  
grederis, ante ostium priuatos affectus om-  
nes abijcito: iram, vim, odium, amicitiam,  
adulationem. Reipub. personam & curam subijci-  
to. Nam vt alijs æquus aut iniquus fueris; ita quoq;  
Dei iudicium expectabis & sustinebis.

—————  
LIPSICA.

IN LIPSICAM IVL. CAES.  
SCALIGER.

LIPSI A, se ostentans sublimibus aurea tectis,  
Lumina dum saturat, mens perit iccta fame.

D d 2

Vectā